



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

LIX. Markgraf Otto schenkt mit Zustimmung seiner Söhne Johann, Otto  
und Albert dem Kloster Lehnin 9 Hufen in Gohlitz, am 12. Juni 1262.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

stris donant, ecclesiarum prelati, quorum parrochiato donantes existunt, super hiis temere se opponant, exigendo exinde certam aliquam porcionem. Volentes igitur super hiis quieti uestre congruo remedio prouidere, auctoritate uobis presencium indulgemus, ut de hiis, que monasteriis uestris taliter offeruntur, nullam cogamini cuiquam soluere porcionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani III<sup>o</sup> Idus Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Vt autem huic priuilegio per regiones exteras fides adhibeatur cercior, presentem litteram sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri.

Aus dem Originale des Geh. Staats-Archives.

**LVIII.** Der Bischof Otto von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin die Zehnthebung in Krielow, im Jahre 1261.

De decimis in Kryle, Otto Episcopus Brandenburgensis totumque capitulum ejusdem ecclesie. Anno 1261.

Altes Verz. Lehn. Urk. — Gercken VII, 340.

Litera Ottonis episcopi Brandenburgensis super donatione villae Cryle et unius mansi nec non decimae villae Celendorf. Anno 1261.

Neueres Verzeichniß Lehniner Urkunden.

**LIX.** Markgraf Otto schenkt mit Zustimmung seiner Söhne Johann, Otto und Albert dem Kloster Lehnin 9 Hufen in Gohltz, am 12. Juni 1262.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Nos Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus Inperpetuum. Sicut dies et tempora indefinenter fluunt et transeunt vices singulas alternando, sic ea, que sub ipsis fiunt temporibus, vigorem memorie facillime perderent et decorem, nisi litterarum et testium examine reciperent munimentum. Nouerint exinde tam presentes quam posteri, quod ob spem pie remuneracionis, Johannis, Ottonis et Alberti filiorum nostrorum adhibito consensu, Ecclesie Leninensi nouem mansos In Goliz cum omni Jure et vtilitate, qua nos possedimus, proprietatis titulo contulimus perpetuo possidendos. Et ne nostra collatio, racionabiliter sic peracta, Inposterum aliquibus scrupulosis questionibus valeat perturbari uel a nostris successoribus aliquatinus Immutari, Dicte Ecclesie Leninensi presentes nostras litteras, sigilli nostri munimine solidatas, In Euidens testimonium et Robur validum duximus erogandas. Testes huius sunt: Dominus Burchardus de Barebuy, Gheuehardus de Aluensleue, Conradus de Osterburch, Johannes de Crakowe, Bertoldus de Stendal noster coquinarius, Nicholaus de kerbzowe (sic) et alii quam plures. Datum Brande-

burch. Per manum Johannis Nostri Notarii, Anno domini Millefimo ducentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, Pridie Idus Junii.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Anm. Vermuthlich ist es diese Urkunde, worauf sich, mit irrthümlicher Angabe des Jahres MCCLVII statt MCCLXII in dem alten Lehnhinter Verzeichnisse (Gerken VII, 338) die Notiz bezieht: In villa Goliz IX mansos Otto Marchio Brandenburgensis contulit B. Mariae virgini in Lenin a. 1257.

LX. Markgraf Otto veräußert dem Kloster Lehnin Getreidehebungen aus Marfow und Zuina, im Jahre 1263.

In Markoue XII choros siliginis et in Zuina IV choros auene dedit Otto Marchio Anno 1263.

Altes Verz. Lehniner Urk. — Gerken VII, 332.

LXI. Heinrich, Bischof von Brandenburg, bestätigt die mit Zustimmung des Domcapitels dem Kloster Lehnin mit dem Zehnten der Kirche zu Zehlendorf gemachte Schenkung unter Aufhebung der Bedingung, daß der Zehnt zur Gedächtnißfeier seines Vorgängers verwandt werde, am 22. November 1264.

Henricus, dei gracia brandeburgensis ecclesie epyfcopus, Omnibus in perpetuum —. — Sane cum uenerabilis pater dominus Otto quondam brandeburgensis epyfcopus, antecessor noster, uenerabilibus uiris, domino abbati et fratribus lenynensis monasterii, decimam parochialis ecclesie Cedelendorp pro anime sue remedio contulisset, quidam exultantes, ipsam donationem inualidam minusque perfectam esse, cum super ipsa consensus omnium de brandeburgensis ecclesie capitulo habitus non fuerit vel etiam requisitus. Accedentes itaque ad nos dominus abbas et sui monasterii capitulum cum instantia supplicarunt, quatinus dictam donationem innouare de consensu omnium curaremus. Igitur nos, requisito et obtento consensu omnium de capitulo nostro, decimam predictae ecclesie monasterio Lenyn conferimus iure pepetuo possidendam, in hoc donationem ueterem ampliando, quod ab ipsa omni modo conditione uel lege sublata simplicem esse uolumus atque puram sitque ipsis fratribus ex approbatione nostri capituli et hac nostra permissione facultas fructus decimarum ecclesie supradicte applicandi ad quoscunque usus sui monasterii uoluerint atque disponendi de ipsis quod eis magis uisum fuerit expedire, ne liberalitas que permaxime in dando requiritur quasi strictis quibusdam adiectis dono legibus angustetur. Vt autem huius donationis ordinatio nostra firma et stabilis apud presentes et futuros in perpetuum perseueret, presentem cartam sigillo nostro una cum sigillis domini prepositi totiusque capituli nostri signaculo duximus confirmandam. Testes sunt hii: Lambertus prepositus, Johannes prior, Petrus quondam prepositus, Henricus quondam prior, Theodericus parrochianus sancti Godehardi, Theodericus parrochianus de tyre, Magister Henricus de lubeke ceterique sancte